5. Excommunicatus, interdictus, suspensus, irregularis, vel ad irremediam damatus non ideo a recitandi onere liberatur.

6. Clerici in minoribus non tenentur recitare nisi alicubi esset consuetudo legitime praescripta, nec possunt ad id obligari ab Episcopo nisi ad unum, vel alterum diem.

7. Fratres laici Franciscani, si ordinem suorum recipiant sine superiorum facultate, etiam si sicut Presbyteri privandi sunt, nec debent recitare nisi officium laicorum.

8. Beneficiariis nullis etiam sacris Ordinibus initiati recitare debentur.

9. Incipit haec obligatio, quando habet jus in re ante possessionem secundum probabilem opinionem, vel ab ipsa possessione, quando per ipsum non statit, quod est probabilius.

10. An verò qui habet tenue beneficium recitare tenentur, alii negant, alii affirmant, praecipue, si cum ei collatum fuit, erat pingue.

11. Qui beneficium servit per tertiam personam, cui dat maiorem partem stipendii non ideo excusatur.

12. Tenentur etiam ad officium divini recitationem, qui habent praedicta, vel simplicia beneficia tantum.

13. Idem dicendum de eo, qui habet Capellaniam collatam, etiam si alius pro eo Sacra faciat.

14. Cum Capellania non est collativa, sed tantum laicorum Patronatus sine Episcopi auctoritate erecta non obligat ad recitationem, quia non est ad beneficium Ecclesiasticum.

15. Qui habet Ecclesiasticum beneficium perpetuo, vel temporaliter sibi commissum, ad recitandum tenetur.

16. Qui habens beneficium fructus non recipit sine culpa, non tenetur, si autem habeat quotidianas distributiones, vel sua culpa fructus non recipiat, tenetur.

17. An verò cum in primo anno fructus sunt defuncti, vel fabricae, si ipse nihil ferat, recitare tenetur alii negant, alii affirmant, quando eis datur dimidia pars fructuum ex decreto Joan. XXII.

18. Qui habet possessionem beneficii litigiosi, si sperat fructus suos esse futuros, recitare tenetur. Si autem nullus est in possessione nullus tenetur.

19. Qui ob metum reverentiam patris accipit beneficium, & retinet sine animo clericatum recipiendi, si fructus recipit recitare tenetur, si non recipit, vel recipit animo restituendi non tenetur, si recipit ipsius patris non tenetur recitare, tenetur tamen pater restituere, vel eo mortuo omnes filii pro rata.

20. Qui Ecclesiastica gaudent pensione, tenentur recitare officium B. V. quando ad majus officium non sunt obligati. Quòd si nullum recitant non faciunt fructus suos. Hoc de pensionibus intelligendum est de his quae annexae sunt licet gradui Ecclesiastico talem minori.

21. Coadjutor ad id solum tenetur, ad quod datus est coadjutor.

22. Qui habet duo beneficia semel recitando obligationi satisfaciunt.

23. Qui habent beneficium manuale id est mobile ad nutum recitare tenentur, dum illud durat.

4 Pius V. in const. quae incipit. Ex Proximo. 4 Azor. l. 1, c. 1, q. 1, p. 1, c. 9, f. 4 Comm. DD.

4 Azor. ubi sup. c. 11. f. Less. ubi sup. l. 1, c. 34, n. 163, f. idem ubi sup. n. 170.

4 idem ubi sup. l. 2, c. 34, n. Villal. l. 1, p. tr. 2, d. 8.

4 Less. l. 1, c. 34, n. 108.

4 Comm. DD.

4 DD. in Clem. de suppl. negl. Praelatorum.

SECTIO II.

An Religiosi professi, Choristæ & sancti moniales recitare soleantur Horas.

4 Ex reg.
gul. S.
Francisci.
4 Comm.
DD.

4 Vide A.
sor. 1, p.
12. 14. d. 11.
9.

Vide eum
dem.

4 Comm.
DD.

4 Vide Vil.
lal. 10. 7.
tr. 2. 4. disp.
f. Ex comp.
Societ.

4 Contra.
stium vide
in Diana.

p. 1. 17. 3.
ref. 13.

4 Comm.
DD.

4 Less. de
just. lib. 2.
c. 7. n. 11.

4 Asor. c.
6. q. 2.

4 Comm.
DD.

1. Religiosi professi Franciscani choristæ etiam si non sint sacris initiati sub præcepto regulæ recitare non tenentur.

2. Novitii in nulla religione recitare non tenentur, nec laici, neque equites Ordinum militarium, sed solum iud quod est à suis regulis constitutum, & hoc sine obligatione mortali.

3. Doctores serè omnes conveniunt in hoc quod omnes religiosi professi, choristæ, & Moniales professæ omnium Ordinum recitare non obligantur officium divinum.

4. Hæc obligatio ortum habet à consuetudine, an verò obliget sub mortali plures affirmant, & alii dubitant.

5. In choro quando simul conveniunt, non possunt aliud recitare præter divinum officium sub mortali.

6. Moniales S. Clare cum prælatæ licentia ad breve tempus, vel si diuturna fuerit necessitas cum Prælati facultate & possunt pro Horis canonicis recitare Pater noster.

7. Religiosi ex nostra Societate nec in choro, nec extra chorum recitare tenentur, nisi sint in sacris.

8. Choristæ professi, qui fugit apoltata non liberatur & ab obligatione recitandi, si autem ob crimina damnetur ad triremos recitare non tenentur, nisi habeat ordinem sacrum, leuendum probabiliorem opinionem.

9. Choristæ, qui iusta de causa redactus est à Prælato in laicorum statum recitare non tenentur.

10. Prælati iusta de causa dispensare potest cum choristæ, & videtur iusta causa vacare litteris, vel negotiis.

11. Religiosus, qui ex Papæ dispensatione religionem dimisit non tenetur recitare nisi sit in sacris.

AN SIT OBLIGATIO recitandi integrè, & clarè.

12. Obligatus ad recitandum dimittendo totum officium aut unam horam, aut partem notabilem illius peccat mortaliter.

13. Qui uno die totum prætermisit officium unum tantum

commisit peccatum, sed majus quam si unam solam horam, sed si per multos dies, toties peccat quot sunt dies.

14. Quoad actum interiorum toties peccat, quoties animus habet dimittendi officium.

15. Qui alternatim recitat cum eo, qui non habet obligationem recitandi, obligatione præstafacit, & cum plures recitant sufficit, quod unus dicat lectiones, vel antiphonas; quæ autem organa dicunt à recitantibus in choro non sunt præmittenda.

16. Leo X. Franciscanis concessit, quod qui cum male profertentibus recitant præcipue in choro, vel propter strepitum, vel aliam causam non bene audiunt, ad amplius non tenentur.

17. Qui ob satisfactionem à Confessario impostam recitat officium B.V. vel alios Psalmos, potest alternatim cum alio recitare. An sit idem de Corona Virginea, vel Rosario alii negant, alii probabilis affirmant.

18. Qui male profert etiam cum advertentia præstafacit præcepto, nec videtur peccare mortaliter nisi fiat ex voluntario, & notabili contemptu.

19. Licet qui recitat seipsum non audiat, dummodo labia movendo verba pronunciet distinctè, satisfacit præcepto, etiam si sit in choro.

20. Canonicis non tenentur non solum recitare, sed cantare, secus non facient suos distributiones.

21. Qui exit à choro, & postea extra chorum supplet, quæ deerant, & qui tarde venit, si suppleat similiter præcepto satisfacit.

22. Leo X. concessit Franciscanis ut possint mentaliter dicere quæ jubentur dicere, tam in Horis Canonicis, quam in Missis.

AN RECITANDVM sine interruptione.

23. Officium divinum sine necessitate interrumpere à peccato veniali non excusatur. Si autem longa sit interruptio sunt qui dicant repetendum esse quod recitatum fuerat sub peccato mortali, si erat pars notabilis. Contrarium videtur probabilis.

24. Iustæ causæ officium interrumpendi divinum sunt auditio concionis, rei sacræ, obedientia, & quævis res necessaria ad salutem, honorem, commoditatem propriam, vel proximi, quando æquè commode non potest alio tempore fieri, in his nec venialiter peccatur, nec est repetendi obligatio.

4 Asor. 1.
p. lib. 10.
c. 7. nu. 4.
4 Comm.
DD.

4 Asor.
ubi supra.

4 Leo X.

4 Asor.
ubi sup.

4 Asor.
ubi sup.

4 Asor.
ubi sup.

4 Asor.
ubi supra.

4 Asor.
ubi supra.

4 Asor.
ubi supra.

4 Asor.
ubi supra.

4 Asor.
ubi supra.

4 Asor.
ubi supra.

4 Asor.
ubi supra.

4 Asor.
ubi supra.

4 Asor.
ubi supra.

4 Asor.
ubi supra.

4 Asor.
ubi supra.

4 Asor.
ubi supra.

4 Asor.
ubi supra.

4 Asor.
ubi supra.

26. Idem dicendum de his, & similibus quando à Confessario imponuntur, vel ex voto recitantur.

QVA dies hora sit recitandum.

27. In choro præscriptis temporibus recitandum est, ad quod consuetudo consulenda.

28. In choro bis, aut ter anteponeere, vel postponere non erit peccatum mortale, in hoc tamen notabilis negligentia non excusatur ab eo.

29. Extra chorum cum causa anteponeere, vel postponere nullum erit peccatum, sed melius erit anteponeere, quam postponere.

30. Horæ minores à media nocte in mediam noctem recitanda sunt Matutinum cum Laudibus à 4. hora, & secundum alios à 3. post meridiem, & secundum Thomam Sanctium à

2. usque ad mediam noctem sequentis diei possunt recitari.

31. Ex privilegio nostris concessio ab Urbano VIII. in hac Peruana Provincia postius Matutinum & Laudes sequentis diei 12. hora in meridie recitare.

32. Qui anticiparet notabiliter ante præscriptum tempus non satisfacit præcepto, quia est onus dici.

DE ORDINE in servando officio.

33. Præfixum ordinem mutare in officio, ut si quis post Vesperas Primam recitat, nisi heret ex contemptu non est g. mortale, nec veniale si fiat ex oblivione, vel ex alia rationali causa.

34. Qui de uno sancto recitaturus de alio recitavit, si fiat ex negligentia h. erit veniale, nec tenetur iterum recitare, si fiat ex iusta causa nullum erit peccatum.

35. Qui ob errorem vel oblivionem de festo duplici, vel semiduplici die proprio non recitavit, recitare potest de eo prima die non impedito officio novem lectionum, sed intellige de privata non de solemnitate, & non ad usum scandalum.

36. Nullum est peccatum sacrum facere ante Matutinum si fiat ex causa, si sine illa erit veniale, quia fit contra rubricam. De Missa autem conventuali femel aut bis ex causa nullum erit peccatum illam dicere ante Matutinum, sepe autem sine iusta causa à peccato mortali non excusatur.

QVALE OFFICIUM recitandum, & in quo loco.

37. Omnes Ecclesiastici tenentur recitare per Breviarium Romanum exceptis his, qui ex consuetudine ducentorum annorum, vel ex approbata institutione aliud recitant.

38. Cum religiosus habeat privilegium recitandi per Breviarium

in primo Breviarii.

in primo Breviarii.

in primo Breviarii.

in primo Breviarii.

in primo Breviarii.

in primo Breviarii.

vistium vetus ante, vel post tempus socius ipsius potest cum illo conformari.

39. Episcopus religiosus potest recitare per Breviarium sine Ecclesia, & cum eo ejus socius.

40. Horæ Canonice quando in communitate recitantur in loco sacro recitanda sunt, cum autem privatim in quolibet loco dummodo sit decens, & quietus.

QVAE ATTENTIO requiratur ad recitandum.

41. Attentio quæ ad verba, vel ad sensum illorum sufficientis est ad præceptum implendum, attendere autem ad Deum, ad quem oratio dirigitur, perfectius est.

42. Attentio habitualis tantum, ea scilicet, quæ nec in actu præsentis, nec in virtute alicujus præteriti continetur, non sufficit ad bene recitandum.

43. Qui voluntarie distrahitur, vel rei data operam, quæ cum attentione non compatitur, peccat mortaliter, & non implet præceptum secundum probabiliorum opinionem.

44. Qui sumit Breviarium ad recitandum vel chorum petit, jam habet virtutalem attentionem, quia animum habet ad implendum præceptum.

45. Qui recitat se vestibus induendo, vel faciem levando irreverenter facit, sed adimplet præceptum.

46. Qui cum sufficienti attentione recitavit, animo tamen iterum recitandi, si intra ipsum diem animum mutet, non tenetur iterum recitare, secundum probabiliorum opinionem.

47. Qui Missam audiendo recitat, utriusque obligationi satisfacit secundum probabiliorum.

48. Qui ex sola devotione Deum orat, si voluntarie distrahitur, peccat venialiter.

SECTIO III.

Quæ sit iusta causa officium divinum retinendi?

1. Causa iusta est infirmitas, sed non quæcumque.

2. Dolor capitis nisi fit valde gravis, & febris tertiana non excusant. Quartana febris in die vacationis vel accessionis si commode potest anticipari recitatio, non excusant.

Y a

Qui

Henrici lib. 7. de indub. ca.

30.

Azor. ubi sup.

p. c. 1. de celebr.

Missi.

7. dolentes de celebr. Missi.

r Comm. DD.

7. Villal. ubi supra.

r Comm. DD.

7. Villal. ubi supra.

r Comm. DD.

7. Villal. ubi supra.

r Comm. DD.

7. Villal. ubi supra.

r Comm. DD.

7. Villal. ubi supra.

r Comm. DD.

7. Villal. ubi supra.

r Comm. DD.

7. Villal. ubi supra.

r Comm. DD.

7. Villal. ubi supra.

r Comm. DD.

7. Villal. ubi supra.

r Comm. DD.

7. Villal. ubi supra.

r Comm. DD.

7. Villal. ubi supra.

r Comm. DD.

7. Villal. ubi supra.

r Comm. DD.

7. Villal. ubi supra.

r Comm. DD.

7. Villal. ubi supra.

340

HORA CANONICA.

3. Qui clarè videt se non esse ad recitandum, & excusatur sine alia diligentia, qui dubitat medicum consulat, & si adhuc est dubius, vel medicum non invenit adeat Prælatum, qui potest dispensare ex concessione Leonis X. facta Francis- canis 4. & ex alia facta nostræ Societati à Julio III. ex quibus possunt Prælati commutare Horas Canonicas in aliquas preces, vel psalmos pro suo arbitrio.

5. Qui non potest solus recitare, potest autem cum socio, & tenetur illum quærere, si sine magna incommoditate potest.

6. Qui totum officium non valet recitare, vel tamen majorem partem, ad illam f tenetur, si verò totam potest minorem, ad nil g tenetur.

7. Infirmas præterea eum qui nondum convaluit, excu- de matr. lib. 9. disp. 36, nu. 4. g Azor. ubi supra. e. 18. q. 4. h Villal. ubi supra. i Comm. DD.

8. Qui iter agit, vel studet non i excusatur, nisi habeat dispensationem à Papa, vel ad unum vel alterum diem ab inferiori.

9. Non i excusatur, qui per alium tertium inservit bene- ficio.

10. Quando gravis aliqua occupatio contingit, si recita- tio officii nec anticipari, nec postponi potest, non mobilis.

11. Qui in audendis confessionibus occupantur excusan- tur abhorrum recitatione quando est magnus concursus se- cundum aliquorum n opinionem non improbabilem.

12. Qui non habet Breviarium etiam si malitiose illud in mare projecerit, non e tenetur nisi ad recitandum id quod in memoria retinet.

13. Qui subsidia onatum recipit, vel proficitur non tenetur, nisi ad Horas sequentes secundum opinionem p probabilem, tutius tamen, & probabilius est contrarium.

14. Qui beneficium acceptavit recitare nesciens nisi speret brevi tempore ad assecuturum, peccat q mortaliter.

15. Qui occupatur in choro in libris asportandis, in signis apponendis, in portando incensum non tenetur r supplere, quæ interim non recitavit.

16. Beneficarii non excusantur s ex eo, quod primo, & secundo anno non faciant fructus suos.

Q V A N D O T E N E N T U R b e n e f i c i a r i i r e s t i t u e r e, e x e o quod non recitaverint.

17. Qui transgressis sex mensibus à beneficii possessione non recitant, t tenentur pro rata restituere. Ante sex verò menses licet restituere non teneantur, peccant tamen non recitando.

18. Qui

18. Qui omnes horas omisit aliquo die tenetur restituere pro rata omnem pensionem decimiliis. Qui Matutinū partem dimidiā; qui unam horam ex aliis, sextam partem restituit.

19. An qui præter horas ad alia munera tenentur his exple- tis propter defectum Horarum teneantur totum restituere, vel possint reservare sibi pensionem aliis muneribus eis re- spondentem, dubium est apud DD. probabilius videtur pro expleto munere x retinere posse pensionis quotam.

20. Beneficarii y non habent absolutum dominium fru- ctuum nisi postquam recitaverint, nisi aliqua justa causa omiserint.

21. Restitutio faciendā z est fabricæ Ecclesiæ, vel pauperi- bus illius loci, vel alterius. Et quidem in conscientia ante sen- tentiam declaratoriam judicis *. Si autem ipse beneficiarius sit pauper, sibi potest reservare ex docti Confessoris consilio, vel componi per Bullam Cruciatæ.

22. Distributiones quotidianæ a restituendæ sunt his, qui adjuere officio divino, nec sufficiat, quod illi eas remittant.

23. Qui habet plura beneficia, & non recitat, omnium pensiones restituere b tenetur modo supradicto.

24. Qui bona fide vel invincibili ignorantia non recitavit, non tenetur c restituere secundum probabilem sententiam.

25. Qui recitavit voluntariè distraxit, licet peccet mor- taliter, non tenetur d restituere secundum probabiliorem sententiam.

26. Beneficium datam ad organum pulsandum, vel ad Theologiam docendam non e obligat ad recitandum. Ad ha- bens capellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium DD Ecclesiasticum, si studio literarum vacet non satisfacit suæ obligationi, si officium per alium recitet. *

27. Hymnus aliquis, vel psalmus brevis non est notabilis pars.

28. Ordinati ab Episcopo non tenentur ad impositas pre- ces, vel Missas sub peccato; sed ex quadam æquitate.

29. Qui recitat Matutinum sequentis diei hora secundā etiam ante Vesperas, & Completorium iustā aliqui ex causa g non peccat. Iusta causa h est si vespertino tempore Horas reservantur, quia matutinum studio aptius est.

30. Qui tempore debito scit ratione infirmitatis habitu- rum fore impedimentum, probabile i est non teneri p veni- re, & ante debitum tempus recitare.

31. Qui recitat cum habente privilegium attendi Bervia- rio brevi, satisfacit, l

* Comm. DD.

x Henric. de ex- comm. Co. 13, n. 2. y Ex Con- cil. Later. ubi sup. z Lessius ubi sup. n. 177.

* In decr. Alexand. VII. 1665. * Trident. sess. 4. c. 12. de ref. b Comm. DD

c Azor. i. p. lib. 10 c. 14. q. 7 d Tolet. lib. 2. c. 11. e Comm. DD

* In decr. Alexand. VII. 1665. f Comm. DD.

g Valentia. h Dian. ex Saneh. p. 4. cr. 4. ref. 9. i Dian. ibidem. resol. 20. l Henric. ubi sup.

32. Qui est impronius recitare solus, non tenetur in quatuor socium contrarium et supra diximus tenet Lessius, utrumque est probabile.

33. Qui dubitat an aliquem psalmum omiserit, si probabilem conjecturam habeat se non omisisse non tenetur rogere.

34. Propter notabilem syllabarum abscissione m, vel nimiam celeritatem recitandi non incurritur mortale peccatum, nec per citatependi obligatio nisi sit notabilis verborum corruptio.

35. Beneficiarius sacerdos omittens Horas non peccat dupliciter ratione Ordinis sacri, & ratione beneficii, sed solum per tantum.

36. Qui non omittit Horam integram etiam si sit pars notabilis, & peccat mortaliter, ut si laudes omittet, non tenetur recitare.

37. Ommissione etiam totius officii per octo vel decem dies in anno non obligat ad restitutionem affirmat Henriquez.

38. An beneficiarius, qui hodie supplet hesternum delictum liberetur ab obligatione restituendi alii affirmant, alii probabiliter negant.

39. Qui cum chorus alia canit occupatur in preveniendis lectione quam ipse dicturus est, etiam si non audiat non tenetur repetere.

40. Surdus eo modo quo potest recitare tenetur. Cæcus autem si solos psalmos teneat in memoria ad nihil tenetur, si autem sciat totum officium tenetur. Idem dic de non habente Breviarium, vel de habente solum diurnum, in quo non sunt lectiones, & de eo, qui aliud officium alterius dicit tenet in memoria non tenetur recitare.

41. Suaris, & Gauantus requirunt ut omissio sit peccatum mortale quod tanta pars officii omittatur ut aequivaleat minimæ Hora.

42. Si officium est trium lectionum, qui non potest illas recitare, potest autem psalmos, ad illos tenetur, quia trium lectionum defectus est parvus.

43. Præiatus potest cum subditis dispensare, ut uno vel altero die officium omittent, unum recitando pro alio.

44. Qui non interest choro, vel processioneibus non tenetur privatim recitare libitanis, ita Vasquez, & alii; sed contra tenetur cum tutius, & probabilius Suarez, & alii.

45. Qui cum recitavit, vel Missam audivit non habuit intentionem præceptum adimplendi, si postea intra eundem diem mutet intentionem præcepto satisfacta.

46. Qui

46. Qui dedit operam officium de feria omittit b, & recitavit de sancto non peccat mortaliter secundum Fillicium.

47. In Ecclesia ubi fuerit particula aliqua ex ligno Crucis vel aliqua spina ex Christi corona, possunt celebrari ritu duplici minori. Sunt enim reliquiæ insignes ratione qualitatis, licet quantitas parva sit.

48. De nomine Mariae potest recitari ritu duplici, non autem de nomine Jesu, quia non est concessum utrique Castellæ.

49. De Visitatione Virginis, & de Consecratione Limentis Ecclesiæ cum octava, ut de festis primæ classis, sed hoc est ad libitum præter primam diem.

50. De S. P. N. Ignatio etiam post officium concessum semiduplex, possunt etiam externi ritu duplici celebrare.

51. Officium sancti, cujus habetur reliquia insignis, debet esse duplex majus.

52. Cum occurrunt duæ reliquiæ insignes duorum Sanctorum, unus in diem alteram non impeditam transferendum est, & non sunt simul celebrandi.

53. Ubi habetur reliquia sancti, qui sub ritu simplici, vel semiduplici cum aliis sociis celebratur, de ipso solum fiet ritus duplex, de aliis commemoratio si fuerint simplices, si semiduplices transferendi sunt.

54. Cum occurrit sanctus habens reliquiam insignem cum duplici ordinario, hic transferatur, & de illo recitetur, secus vero si occurrat cum duplici majore.

55. Cum occurrit duplex majus, quod non est primæ, nec secundæ classis cum octava, de hac recitandum, illud transferendum.

56. An regulares recitare possint in quintis feriis & de Eucharistia, & in sabbatis de Conceptione etiam in Adventu, & Quadragesima alii ajunt, alii probabiliter negant. Idem possunt Ferialibus S. Francisci, & alii; non vero qui solum corrigiam S. Augustini vel chordam gerunt S. Francisci, quia his solum concedunt Pontifices, quod indulgentias possint lucrari.

57. Institutum potest Capellania, quæ verè est beneficium Ecclesiasticum sufficiens ad congruam Capellani sustentationem curiæ conditione ad fundatore expressa ut Capellania officium recitare non teneatur, quia Capellania fundator potest quascumque voluerit condiciones apponere ex c. præterea dicitur. patron.

58. Capellanus qui sacerdos non est, & a fundatore expressè imitur ab onere recitandi officium, debet celebrare pro ubi sup. eo &

Y 4

Philus. & alii apud Dian. p. 2. tr. 11. ref. 1.

Resolutio sequentiæ casuum habita fuit in nostro D. Pauli collegio à doctissimo patribus usque ad casum 56.

P. Quin. canad. tr. 8. f. 16.

Idem ubi sup.

Idem ubi sup.

Idem ubi sup.

eo & si sacerdos non est factem officium breve de B. V. recitari, quia beneficii Ecclesiastici fructibus nemo frui potest sine aliquo spirituali onere.

DISPUTATIVNCVLA

interjacens,

RESOLUTIONES VARIÆ.

Sectio Unica.

HOSPITALIÆ.

1. Hospitale, seu Xenodochia instituantur tantum ad subveniendum pauperibus, unde qui se finxit pauperem, vel titulo pauperis cum pauper non sit, in eis curatur, vel nutritur, sumptus restituere tenetur.

4 Navar.
c. 16. n. 47.
§ Idem c.
31. n. 67.

2. Peccat Hospitales præfectus, qui ejus bona in aliis rebus, quam in iis ad quæ sunt destinata, consumit, vel ex negligentia perdit, vel perdi permitit cum obligatione restituendi.

Trid. ses.
51.

3. Circa Hospitalia statuit Concilium Tridentinum, quod Hospitalium onera compleant, quæ si commodè non possint fructus illorum in alium pium usum convertant prout Ordinariorum duobus peritioribus de Capitulo videbitur.

4. Et omnes Hospitalarii etiam laici, non verò regularibus subiecti, ubi viget regularis observantia ad prædictam obligationem adimplendam ab Episcopo compelli possint. Et propterea in foro conscientie teneantur ad restitutionem fructuum, quos contra Hospitalium constitutiones receperint nulla eis remissione profutura. Atque administratio unius, & eidem personæ ultra triennium non committatur nonobstante, &c.

d 59 verb.
Xenod.
num. 1.
c Comm.
DD.
f Comm.
DD.
g Vide
Trid. ses.
71. n. 11.

5. Hospitale constructum sine Episcopi autoritate est locus profanus, nec gaudet immunitate nisi superveniat Episcopalis autoritas.

6. Hospitale cum instituitur debet ei ut Ecclesiæ dos assignari, & cum læditur in integrum restituui.

7. Potest sine eo poni Rector sine Episcopi autoritate, nisi habeat curam animarum, servanda tamen consuetudo.

8. Hospitalis cura etiam sine autoritate Episcopi erecta ad ipsum pertinet, g

9. Hospi-

9. Hospitalis administrator non tenetur rationem reddere Ordinario quando id cautum est in ejus institutione.

10. Hospitali, vel alio pio loco relicta si cum ipso sunt in corporata non possunt alienari nisi servata solemnitate juris.

11. Hospitali habenti curam animarum, vel annexo Ecclesiæ Curatæ potest religiosus præfici.

b 52 verb.
Xenodoch. n. 5.

Trid. ses.
21. c. 1. de
reform.
f Comm.
DD.

DISPUTATIVNCVLÆ

DUÆ.

I

IACTANTIA.



St vitium inclinans ad declarandum inordinate verbo propriam excellentiam.

2. Est peccatum mortale quando sit cum notabili irreverentia Dei, vel scandalo, vel damno proximi, ut cum se quis jactat magnum medicum, cum talis non sit.

c Comm.
DD.
d Comm.
DD.

IDOLOLATRIA.

1. Peccat mortaliter, qui sine relatione ad Sanctos adorat illorum imagines, & qui deliberate credit quemlibet infidelem, si vivat bene, moraliter posse in sua secta salvari.

e Navar.
c. 11. n. 18.
& in novo
num. 22.

DISP. I. SECTIO PRIMA.

RESOLUTIONES VARIÆ.

JEIUNIVM.

De ieiunio in se, & quoad obligationem.

1. Ieiunium obligat ex traditione Ecclesiæ, quamvis illius non extet præceptum positivum, unde Quadragesimale jejunium non est de jure divino, sed humano.

f Navar.
c. 21. n. 11.

Y 5

2. Ob-